Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

sic beata lucia secundum mente et corpore
fuit pura virgo sic moderne
virgines debent sapienter re-
spondere et agere. Secundum signum
ostendit ei dominus quod tanto pon-
dere eam fecit spiritus sanctus
quod per multa paria boum non po-
terit moveri. Tertium signum est quod
ei ad extinguendum ignem infre-
frigerium fuit unde cum copio-
sus ignis fuisset circa eam po-
situs in nullo est lesa unde
dicebat dominum meum rogo ut
ignis iste non dominetur michi. Racio
quod beata lucia posita in igne
non est combusta de hoc triplex
racio pot esse. Prima est quod nullam
maculam combustibile secum por-
tavit scilicet nec mortale nec
veniale peccatum sed portavit
secum maculam igni contrariam scilicet
aquam et eciam quam fecit per
aquam enim elia accipitur. Eccl.
Ignem ardentem extinguit aqua
et elia resistit peccato. Quod autem
beata lucia habuit istam aquam
patet in legenda sua ubi legitur
quod primonium suum vendidit et
pauperibus erogavit. Secunda racio
est quod conburi non potuit quia
divinis munus secum habuit. Dominus
enim consolabatur eam per angelum
suum et per beatam agatham ut
de ipsa dicitur. Tertio quia christum per
graciam in corde portavit qui pietatem
tem habet super omnes ignem unde
dicebat benedico te pater domini

mei ihesu christi quod per filium tuum ig-
nis extinctus est a latere meo
propter istas tres raciones non est
conbusta igne. Quartum signum dilecionis
fuit quod dominus dedit sibi possibi-
litatem ad communicandum unde licet
percussa esset in gutture gladio
tamen dominus non permisit eam mori
donec veniret sacerdos et
communicaret eam corpore christi

Affer De sancto thoma
manum tuam huc et
cognosce loca clavorum
Jo. Cum dominus post resurrectionem
suam discipulis suis apparuisset
et ipsi discipuli hoc sancto thome
narrassent quod cum ipsis non fuerat
ipsis credere noluit et dixit
nisi videro in manibus suis
fixuras clavorum et in pedibus
et mittam manum meam in latus
eius non credam. Tunc dominus
octavo die iterum apparuit di-
scipulis suis presente thoma et dixit
ei. Thoma infer digitum tuum
in latus meum et noli esse incre-
dulus sed fidelis. Quasi diceret dominus
thome noli desperare nec despe-
res animo sed finaliter accede
ad me et affer manum tuam in
latus meum. Et cum fecisset
clamavit dominus meus et deus
meus. Et statim habuit fidem inte-
gram et perfectam et mansit
in deo et fecit fructum multum